



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCLXXXIV. Gegen-Revers der von Oberg, vom 26. Mai 1343.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

pro ipsorum iuribus, quorum plenum posse et auctoritatem nobis reseruauimus et reseruamus presentibus, defensare, prout facultas nobis suppetit et tueri. In cuius etc. Testes Deck, Swarczburg, Buch, helb, Loterbeck. Datum Sehufen, anno predicto (M. CCC. XLIII.) in crastino beati vrbani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CIII. — Fehlerhafter Abdruck in Ludwig, Reliq. Mspt. VII, p. 86.

DCCLXXXIV. Gegen-Reuers der von Oberg, vom 26. Mai 1343.

Nouerint etc. Quod nos, Ego hilmerus, Johannes et henricus, ejusdem patrii, dicti de Oberghe, bona fide promissimus et presentibus promittimus magnifico principi, domino nostro Ludovico, Marchioni brandenburgensi, domino nostro karissimo, cum municionibus et castris nostris, habitis et habendis, et singulariter cum castro dicto ouesuelde, gwerris et dissensionibus inter ipsum et duces Brunswicenses durantibus, pro singulis suis necessitatibus, consiliis et auxiliis sibi nostris prestitis intendere, obedire fideliter et parere. Pro qua quidem paricione nobis facere debet secundum suarum super eo nobis datarum continentiam litterarum. Pariter etiam, si decreuerit idem dominus noster Marchio officiatique sui, premissa gwerra durante, cum armatorum exercitu in municionibus et castris nostris, et singulariter in premissis castro ouesuelde, stare, moram facere, sumptus et expensas habere, prout ipsorum compecierit beneplacito voluntatis; Tenemur et debemus et volumus eidem domini nostro marchioni, heredibus et successoribus suis legitimis cum castro dicto Bardorp, si quouis modo id consecuti vel adepti fuerimus, quod idem exnunc nobis in iustum et legale pheodum contulit, contra quemlibet, cuiuscunque conditionis existentem, pro singulis suis et ipsorum indigentis, parere, intendere et fideliter obedire. Debet etiam nos vna cum municionibus et rebus nostris pro iuribus nostris, quorum tamen auctoritatem et plenum posse sibi damus, presentibus dedimus et donauimus, contra quoslibet nostros offensores violentos et indebitos defensare pariter et tueri. In cuius etc. Testes ut supra. Datum anno predicto etc. feria II ante festum penthecostes.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CIV. — Fehlerhafter Abdruck bei Ludwig, Reliq. Mspt. VII, p. 87.

DCCLXXXV. Der Rath der Stadt Stendal bittet den Kaiser um Entscheidung der Frage, wem er in dem jetzigen Kriege Beistand leisten solle, dem Herzoge von Braunschweig oder dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg, am 30. Mai 1343.

Nos Consules in Stendal in presentibus recognoscimus et protestamur; Quod dominus noster Ludouicus, marchio Brandenburgensis, princeps illustris, per omagium